Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31245
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ordinatio

nistremus. substantiam. In infirmitate
membrorum. consolationem. In perfectione uirtu
tum. doctrinam. In periculo temptatio
num. orationem. Octaua hora quem habet usum
doctrine. sua. iiii. habet. Iam qui alios
corrigunt. et prudenter docent. nec pro
ferre blanda persuasionis. nec inferunt
aspera increpationis. nec adibent testi
monia scripturarum. nec apponunt exempla
sanctorum. Nona hora que est exemplum uite.
sua iiii. habet. Qui enim exemplo sui alios
ad bene uiuendum inuitat. necesse
est ut eis immutabilem se apponat. tam in
uictu. quam in uestitu. tam in opere. quam
in sermone. In uictu. scilicet parcendo. in uestitu
abiectum. in opere strenuum. in sermone
discretum. Vel ita distinguam huiusmodi
puncta. In opere. scilicet. In sermone. In otio.
In silentio. ut sit in opere strenuus. In
otio non dissolutus. in sermone benignus.
In silentio non inquietus. Decima hora
que est modus temperantie. sua iiii. habet
discrete siquidem in omni actione circum
spiciendum est. quid agatur. quando agatur.
quando. et ubi agatur. uidelicet et opus et
opis modus. et tempus. et locus. non enim
omnia in quolibet loco. non semper. non ubique
fieri debent. Vndecima hora que est
humilitas. sua iiii. habet duo. scilicet in hu
militate. duo in humiliatione. Est enim
ipse humilitas. in affectu cordis. hu
miliatio in exhibitione opis. Sed quia
humilitatis hec duo. de se ipso par
ua. de aliis estimare magna. Hu
miliatio, nisi omnis honorare neminem se
honorari permittere. Duodecima hora
que est finis perseuerantie. sua iiii.

habet. scilicet non laborem frangi. non tedio lassari.
et posteriorem obliuisci. et in anteriora ex
tendi. Talis ordinatio sciatur esse. et uere
ordinatio ista a domino dominus est. cui ordinat
one perseuerant dies. et nunquid non est hec
dies quam fecit dominus. Iam si homo ea
fecisset. non di ordinatio hominis esset. et
ita non perseuerarent. hoc enim ipse dominus per
ipsam iminatur. Ve inquit quia ordi
nauit tela. et non per spiritum meum. Quid est tela
nisi uita humana. filia huius tele sunt actiones
humane. Succisa est inquit ulitatem
ente uita mea. dum ad huc ordirer succi
dit me. qui ubis alijs se ipsum accusas
dicens. Job succidit uitam meam. et forsitan
ordiebar non per spiritum eius telam meam. et sine
ordinatione ipsius ipositione perseuerare
uitam meam. Ordiri quippe tela sua qui
ordinare disponit uitam suam. sed non per
spiritum dei ordinat. qui per se et non per gratiam dei
perseuerature se esse arbitratur. et ideo succi
dit dum ad huc ordiri. et sine dei
ordinatione dies perseuerare prohibet.
Talis est dies quam fecit homo. et quid
de die quam fecit dominus. Exultemus igitur
et letemur in ea. Iam in die hominis
non est exultandum testatur ipsa quod dicit.
Et diem hominis non concupui dicit tu scis.
Saluator cum cum fleret super urbem osten
dens non esse gaudendum in die hominis dicens
Et quidem in hac die tua. que ad pacem
tuam. Tua inquit non mea. et gaudes in
gaudere non debes. Et in ista die quia
ordinatione dei perseuerat. exultandum
est et letandum. Ipsa enim dies sollemp
nitatis et letitie. In ista die stillant
montes dulcedinem. et colles fluent